narentur. Nos igitur qui omniũ votis preſertim illis quibus ſub ſuaui Religionis iugo diuinis laudibus, & Chriſtianę profeſſionis augmẽto incũbentiũ perſonarũ, tranquillitati cõmoditatibus, & honori cõſulitur, libenter annuimus, eaq; fauoribus proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati pręmiſſa, ac õnia & ſingula alia priuilegia immunitates, exẽptiones etiã ab Inquiſitoribus præfatis libertates, prerogatiuas, fauores, cõſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & tẽporalia etiã per modum cõmunicationis, & extenſionis inter ſe, & cum aliis Ordinibus Mendicantibus & non Mendicantibus, eiuſdem Fratrum Minorum regularis obſeruantię, ac Sanctæ Claræ, & de Pęnitentia Tertio Ordinibus, etiam in congregatione ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorundem Superiorem Ordinis Minorum regularis obſeruantię huiuſmodi obedientia degentibus, ipſorumque Superiorum Fratribus Monialibus Sororibus, ac vtriuſque ſexus, etiam ſingularibus perſonis, nec non Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcũque in genere & in ſpecie, etiam per ſolam ſig-